

Affirmandum tamen est cum communī aliorū sententia. Probatur ex illo generali principio, quod est titulus in Digestis: *Quod quisque Iuris in alios fuerit, eodem Iure & ipsa iuratur*: atqui Clericus utitur Iure Retractū adversus alios, ut pater ex cap. *Constitutus relato*: ergo aequum est, ut etiam retrahit ipsi patrem, quādū nullā legē eximitur: sicut cogitū emere res eodem pretio quo alii, si à lege taxatur, item cum periculo evitacionis, & sic potest emere cum pacto retrovendendi. Prob. 2. *Quia actio qua competit ex Iure Retractū, est actio aliquo modo mixta, hoc est, est actio personalis in rescripta, ergo ipsam rem afficit, ac proinde res cum illo onere ad quemvis possessorē transit: ergo contra quemvis possessorē instituit potest. Vnde pater responso ad fundamentum contrarium.*

230. DUBITATUR 13. An Monasterium intuitu sui professi nobilis & consanguinei possit retrahere. Ratio dubitandi est, quia professus per professionem non amittit iura sanguinis & proximitatis. Unde & Monasterium illius intuitu (exceptis excipiendis ut alibi factum) succedit hereditario iure: ergo etiam gaudebit iure retrahit. Nihilominus negativē respodendum est. Quia natura retrahit cōtendit, ut consanguineus in suam utilitatem quā talis est, & qui ex tali familia est, talibus bonis usurpatur retrahit, nec potest retrahendi alteri cedere, qui non sunt consanguineus. Atqui si Monasterium retrahet, illa bona exirentē familia, quia etiam mortuo professo manerent penes Monasterium.

Hinc sequitur, quod si per talem professum aliqua bona ad Monasterium pervenerunt, etiam deinde Monasterium illa bona vendat, non possit conlangue retrahere, ut pro aliis docet Molina discepto. & Palao n. 16. §. 3. Ratio est, qui hoc ipso quod in Monasterium translatum est, amittit illam qualitatem, in qua fundatur retrahit, quia non amplius est bonum consanguinei. Quidam tamen Monasterium aliquod bonum emit, possunt consanguinei venditoris retrahere, ob easdem rationes, ob quas à Clerico retrahit posse dixi.

231. DUBITATUR 14. Si res vendita est Consanguineo remotione, an proximiori competat ius retrahendi. Ratio dubitandi est, quia non est res extra familiā vendita. Nihilominus respondendum est cum communī sententia affirmative. Ratio est, quia proximior gaudet iure promissō: quo non privatur per venditionem remotioni factam.

Imò DD. Hispani tam Theologi quādū Juristi docent, quod etiam quando plures sunt eque proximi, & uni ex illis res sit vendita, certi possint retrahere pro suis aequis portionibus. Ego tamen existimō hoc non procedere de jure Bavario, ubi expressè ceteris praeferunt ille, qui

prior retrahere voluit: ergo multo magis videtur carceros excludere, & illis praeferendus esse, si ipsa statim ab initio emit.

232. DUBITATUR 15. Quando venditio fuit nulla, v. g. ob defectum aliquo essentialiter requisiſti, at tunc consanguineus habeat ius retrahendi. 2. Negativē. Nam emperor non est dominus, sed venditor: ergo in effectu retraheretur à venditore, quod repugnat, cum ipse non sit emperor. Item in effectu cogitū reetur vendere, quod est absurdum. Sequela patet, quia si prior venditio est nulla retrahens non succedit in locum alterius emperoris. Ergo ipse immediate cogitū bivi vendi.

233. DUBITATUR 16. An sirlocus Retractū, si bonum immobile detur alteri in solutum ad extingendum debitum pecuniarium. Negarunt aliqui. Sed communis & vera sententia affirmit. Ratio est, quia in estimatio morali est venditio. Perinde enim est, ac si creditor numeraret pecunias tantum premium, & deinde illud ipsum premium recuperet pro debito extinguendo: ergo brevi manu sit, etod alioquin per an bages inutiles fieret. Id saneclare latius habetur in l. 4. C. de Ecclesiasticis. [Si primum sibi p. o. soluto datum est, quod alii creditoribus suis obligatum, talia signoris mutata non est. Igitur si hoc iure fuerit etiam, utilis tibi actio contra debitorem competit. Nam NB. huiusmodi contractus vicini venditionis ostinet.] Ratio ulterior est, quia alioquin faciliè fieret frus retrahit. Fingeremus emperor, sed dare pecuniam mutuam, & deinde accepere predium in solutum.

Hinc merito inferunt DD. quod etiam retrahit possit predium, quod estimatum estimatione faciente venditionem dareatur in dotem.

234. DUBITATUR 17. Quid iuris fit circa solutionem Gabellū, quando fit retrahit. Imprimis certum est, quod retrahens debat illam solvere quam solvit emperor à quo res empta retrahit. Debet enim illi solvere omnes necessarias expensas, qualis & Gabella fuit. Deinde dicendum est, quod non teneatur ad duplē gabellam. Quia retrahit non conferunt a priori ad quædam distinctionem, quia solum alius emperor substituitur, & censetur emere à consanguineo. Quod adeo verum putat post aliis Molina, utriam si durante tempore concessio retractū primus emperor secundo, secundus tertio, & ulterius vendidisset, & tunc intentaretur retrahit, una tantum Gabella ex prima venditione debetur, quia reliqua omnes tacitam conditionem habent, nisi retrahit superveniat: arquit ex contractu qui ex iuri dispositione refoluit, non debetur Gabella. Ego.

Causa quo autem primus emperor Gabellam non solvisset, retrahens solvere tenetur: sicut enim succedit in rationem Empotoris, ita & in obligationem solvendi Gabellam.

235. Con-

## CONTROVERSIA XXIV.

*De Rescissione Emptoris ex Lege 2. C. de Rescind. Vend. hoc est, ob lesionem ultra dimidium justi pretii.*

## SUMMARIUM.

*Rerum lex 2. C. de Rescind. vendit. An in foro Ecclesiastico detur lesio infra dimidium justi pretii actio. 237.*

*An detur etiam iure civili, in ea quo contractus celebratus est per procuratorem. 238.*

*An detur, si lesio infra dimidium contingat in estimatio doct. 239.*

*An beneficium legis, 2. cit. competat etiam Empori ultra dimidium lesio. 240.*

*Quomodo estimatio infinita sit tam pretii quam mercis, ut intelligi possit an lesio excebat dimidium. 241.*

*Observatio singularis P. Pauli Layman. 242. & seq.*

*An hoc beneficium spectet solum ad res immobiles. 244.*

*An beneficium dicta legis etiam in aliis contractibus lacum habeat. 245.*

*An in contractu Empyrethico locum habeat. eod.*

*An in divisione rerum communium. eod.*

*An in contractu stricti juris. 246.*

*An hoc beneficium fuerit antiquo iure incognitum. eod.*

*An locum habeat in transactione. 247. & seq.*

*Intellectus legis 3. C. de dole malo. 248.*

*Intellectus legis 3. §. 1. ff. de Transactionibus. 249.*

*An locum habeat beneficium legis 2. quando filia in renuntiatione enormiter lascat. 252.*

*Quare Renuntiatio non sit Transactio, vel Donatio. 253.*

*An per renuntiationem hujus beneficij cesseret beneficium. 254.*

*An caret hoc beneficium Venditor dicens se excessum donare. 255. & seq.*

*An sic ut Empor, ita etiam Venditori detur proportionatior electio, ut pro excessu quem accepit, satisfaciat, vel contractum rescindat. 257.*

*Quoniam debet Emperor vel Venditor refundere legem. 258.*

*Si res infra dimidium empta pereat apud Empotem absque culpa, an obligetur ad supplendum deficuum pretii. 259.*

*Quid si alter vendidit, & ab empte justum pretium accepit. eod.*

*Si primus empor iterum infra dimidium vendidit, & deinde non est solvendo, an venditori detur actio adversus ultimum Empotem. 260.*

*An Empor possit meliorationes in re empta facias.*

## Tractatus X. Caput I.

venditori opponere, exiendo ut illas prius solvat antequam rem recipiat. 261.

*Si empior eligat restituere rem, & refindere contrarium, an teneatur restituere fructus interius perceptos, respondentes pretio quod est restitendum, & detractis iuris. 262.*

*Intellectus legis 1. C. si major factus alienationem factam, &c. eod.*

*An resolutarum etiam Jus Hypotheca, quando resolutio contractu restituitur Empori rem emptam interim hypothecam subiectam. 263.*

*An locus sit beneficio legis 2. C. de resc. vend. quando Venditor facta est cum decreto Judicis. 264.*

*Intellectus legis 1. C. de praediosis decur. sine decr. eod.*

*Quoniam Juris remedio Venditori ultra dimidium leto succurratur, aliorum sententia. 265.*

*Verior sententia, competere Actionem ex Vendito. 266.*

**L**Ex ira habet. [Rem majoris pretii, si tunc vel paternus minus distraxerit, humanan est ut vel pretium te reflectente emporibus fundum venundatum recipias auctoritate Judicis intercedente; vel si empior elegerit, quod deeli jullo pretio, recipias. NB. Minus autem premium esse videtur, si nec dimidia pars veri pretii soluta sit.]

Circa quam Legem plures, & aliquæ difficiles questiones moventur. Imprimis autem supra jam actum est, cur leges non codem cum rigore coegerent lesionem infra dimidium justi pretii, ne dent actionem ad rescindendum contractum, esto in conscientia maneat obligatio reducendi contractum ad equalitatem. Ratio breviter est, ne lites extam frequenti contractu identidem moventur, & incuria contrahentium emendetur, & major attentione exciteur, & laeti deinceps cautius mercari discant, arg. legis 2. C. de furtis: ubi Imperatores negotiatoribus res furtivas emenuntur, ita rescripserunt. [Incivilem rem defferatis, ut agnitas res furtivas non prius reddatis, quam premium fuerit soluum à Dominis. Curate igitur cautius negotiati, ne non tantum in damna hujusmodi, sed etiam in crimini suspcionem incidatis.]

236. Ceterum, an saltem in foro Ecclesiastico detur leto infra dimidium justi pretii actio, affirmant plures, quos referuntur aquellus, & sequitur Covar. 2. Var. ref. c. 4. n. 11. quod si hi AA. (ut videntur) non sunt locuti de actione directa, sed indirecta, que esset per viam denuntiationis, ut ledens adigeretur ad satisfaciendum obligationi conscientiae, est utique vera eorum sententia: nec plus probant ex cap. 1. §. sed diversum, de alien. feudi, ubi dicitur, Ecclesiam non pati ultra iustitiam aliquid fieri. Quodsi vero sermone de actione directa, negandum est, eam etiam in hoc foro dari, arg. cap. Cùm dilecti 3. de emp. & vend. ibi. [et cum ei per testes consti-

tisset, quod predicti fratres sylvam minus dimidio iusti pretii comparassent. & c. 6. eod. ibi [cum confituerit nobis, Monasterium in venditione ultra dimidium iusti pretii fuisse deceptum: sententiando decreverimus, ut prefati cives aut receptu pretio possessiones restituerent, aut supplerent, quantum constater, legitime venditionis tempore justo pretio fuisse.]

238. Fuerunt quidem aliqui DD. qui existimarent, in certis casibus dicta iusta Civili actionem etiam leto infra dimidium justi pretii, & primus casus est, si contractus celebratus sit per procuratorem. Verum, communis, & vera sententia hunc casum non admittit, non solum quia nullo leto exceptus est, sed etiam quia oppositum habetur ex lege 8. C. h. t. ubi non rescinduntur contractus à filio matris nomine celebratus, nisi leto effet ultra dimidium: ibi, nisi minus dimidia fusi pretii, quod fuerat tempore venditionis, datum effet.

239. Alius casus communiter à Legistis concessus, est, si lesio intra dimidium contingat in estimatione dotis, quem casu in volunt deducere ex variis legibus: quia tamen leges non dicunt, dari actionem ex lesionem infra dimidium, sed dari ex lesione, ac proinde intelligi possunt de la lesionē de qua loquuntur Iura, quando regulam generalem statuant, nempe lege 2. cit. Praterquam quod videantur loqui de lesionē dolosa, maximè lex 6. C. soluo Matrim. ibi, proinde si dolosus artibus &c. Ceterum, quia causas dotis valde favorabilis est, & major DD. Autoritas faverit, potest pro isto casu securè pronuntiaris: & ita post aliud tenet Facheinus l. 2. c. 19. post medium. Sed nunc ad nostram propositionem legem venianus.

240. QUÆRITUR ergo 1. Verum Beneficium legis 2. ciuitata concedatur etiam Empatori, ultra dimidium iusti pretii leto: nam lex Iulii loquitur de venditore, qui v. g. rem valentem 100. vendidi 49. Negant empori convenientiam Cujacius lib. 16. obser. 18. & lib. 23. obs. 32. & Anton. Faber in tral. de Errorib. pragmat. deg. err. 7. quem sequitur Philippus Matthæi in leg. sen Reg. Iuris 39. n. 34.

DICENDUM tamen est cum recepit prima aliorum tam Theologorum quam Iuristarum sententia, hoc beneficium etiam empori convenire, ut leto ultra dimidium iusti pretii (quod quomodo computandum sit, statim videbimus), possit contractus rescindere, nisi venditor malit restituere id in quo leto est empori nimis caro emendo. Et quidem in Iure Bavario recepta est ut. 7. a. 2. Probatur. 1. Nam siccum Emptori quam Venditori, pariter permititur, ut se circumvenire possint infra dimidium, ita debet hinc permissionis per terminus constitui. Probatur. 2. Empor., & venditor sunt correlativi, ergo recepti iuris est, ut quod in

## Contr. XXIV. De lesionē ultra dimidium.

anno correlativorum constitutum est, in altero quoque correlativo observetur, quando ex utraque parte eadem est aequitatis ratio, prout hic est. Probatur. 3. Quando aliquid legis beneficium conceditur primariò mercis causa, & non persona, tunc ubi est eadem causa, idem beneficium concessum censeatur, etiam si Iura de unā tantum causa loquantur, ut habetur l. 12. & 13. ff. de legibus. [Non possunt omnes articuli singillatim aut legibus aut Senatusconsultis comprehendendi, sed cum in aliqua causa sententia eorum manifesta est, is qui iurisdictioni praest, ad familiā procedere, atque ita Ius dicere debet. Nam quoties lega aliquid unum vel alterum introductum est, bona occasio est, catena qua tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretationem, vel certe iurisdictione suppliri. Quin imd Arnold. Rach. 113. conatur ostendere, quod posterior ratio cui beneficiū detur empori quam leto effet venditor ultra dimidium, quia nec dimidium consecutus est. Et aliqui volunt, esse attendendum premium medium, ne in hoc puncto magis favetur uni quam alteri: quamvis revera venditor, utpote leto, esset dignior favore, & ideo probabilitas est, quod non esset consecutus dimidium pretii infimi, posset agere ad rescindendum contractum: & ita tenent Theologi communiter.

Quoad Emporem est gravis dissensio inter AA. quantum nimis debuerit solutum esse ultra iustum pretium, ut censeatur leto ultra dimidium. Communis Theologorum, & Canonistarum est sententia, quod quando res empta non valent nisi 100. & empator solvit 75. non sit leto ultra dimidium, si solvit paulo plus quam 75. jam sit leto ultra dimidium iusti pretii, ut agere possit ad rescindendum contractum. Ita sentient innumeris, sed maximè Hispani, quia sit est declaratum in ipsorum lege Regia. Vid. Molina d. 349. Rebellus, Lessius, Palao.

Civilite vero longè communius tenent, quod ad hoc ut empator sit leto ultra dimidium iusti pretii, si res empta valet 100. necesse sit ut solverit aliquid ultra 100. Ita post alios quos refert & sequitur Facheinus c. 16. ac quorum precipius antisegnans est Cujacius, tenent ex RR. Corvinus in hunc tit. Cod. & Antonius Perez in eandem. Ex Theologis vero P. VVadimus d. 7. dub. 4. §. n. 2. Quae sententia est si primā fronte videtur posse iniquissima, eo quod solvens 100. pro 100. utique duplum pretium iusti lovit, & sic non tantum ultra dimidium, sed usque ad totum pretium leto sit, accipitatem suam probabilitatem si intelligatur, quomodo hi DD. accipiunt lesionem ultra dimidium: tunc enim (inquietant) leto est empor ultra dimidium, quando res empta non valet dimidiam pretii soluti. Sicut enim venditor accipit pretium, ita empator accipit rem seu

mesem: ergo cum lesio venditoris spectetur in pretio, quod non accepit medium, ita lesio emporis spectari debet in mercem, quando non accipit mercem valentem medium partem pretii soluti. ergo ut emens rem tanquam valentem 20. dicatur lesius ultra dimidium, debet solvisse ultra 40. nam res empta tantum dimidiam partem 40. adequat. Itaque paritatem inter Venditorem & Empotem sic inserviat, & statuant regulam generalem. Tunc est quis lesius ultra dimidium, si plus quam duplum dedit, minus autem quam dimidium accepit, atque hoc contingit in venditore, si mercem valentem 20. vendat novem, in empore autem, si mercem valentem 20. emat v. g. 41. ergo &c. Et hæc sententia approbata est in Camera Imperiali, anno 1541. ut Mynsinge testatur, cent. 4. obser. 7;

242. Placet referre, quid in hoc puncto singulari acumen obserueretur. P. Paulus Layman, & qua ratione utramque sententiam ab omni censura liberet. Ego (inquit Laym. c. 17. §. 1. n. 7.) arbitror, neutra sententiam erroris condemnari posse, quominus secundum illam in foro externo procedere licet. Advertit deinde ad hoc confirmandum, in foro externo ad duo Iudicem attendere posse. Primo ad quantitatem lesionis, sive danni, quod alter contrahentium passus est. Secundo ad publicam Iudiciorum quietem, & declinandam litium multitudinem. Quod ad primum attinet, negari non potest, (& hoc tribuitur communis sententia Theologorum) si merae valeat v. g. 10. aqualem lesionem five damnum fore empiris, si emat. 16. quale damnum est venditoris, si vendit dispet 4. idque non tantum absolue, quia utriusque lesio est sex v. g. aureorū, sed etiam cum ordine ad contractum reciprocum. Nam sicut tex aurei, & quibus venditoris lesio consistit, superant partem dimidiā pretii juli, ita vice versa, in quibus empiris lesio lesio consistit, superant dimidiā partem mercis: quando merx 10. aureis assimilatur. Accedit ad confirmationem communis sententia, minis decens esse, quod Iura majorem lesionem permittant in empore, quam in venditore: cum contrahentium æquales debet esse conditio, & quidem arithmeticæ, sive absolute æqualitas. At verò secundum posteriorum Legistarum sententiam duplo plus lati potest empir quām venditor. Si enim merx valeat. 10. venditor restituunt, si lesio ejus superpet quinque aureos: empirautem non restituunt nisi lesio ejus superet 10. aureos. Et hac pro communis sententia.

243. Quod verò ad alterum considerabile attinet, (inquit Layman) ex utraque parte venditoris & Empotoris ferè æqualis accider litium multitudine, si lesionem enorim definiamus secundum proportionem non arithmeticam, & absolutam, sed Geometricam sive respectivam,

sicut posterior Legistarum sententia definis, nempe lesionem enormem ex parte emptoris esse, si ultra duplum iusti pretii dedit: secundum priorem enim sententiam lapus continget lesio emptoris quam venditoris: v. g. cīus aliquis inducetur ut solvat sedecim pro re valente 10. quam ut accipiat 4. pro re valente 10. est enim in hoc major, & appetatio impropria quam in priori, quia quatuor continentur in decem bis, & semi: decem verò in sedecim non continentur bis, ut patet. Verum quia sicut quartus recedunt a decem per 6. ita a decem a sedecim, nemo non videt, quod hac apparet in æqualitas non variet in re ipsa in qualitate lesionis, sed solū faveat, ut inconsideratus empator facilis ledatur.

De Iure Bavario res est decisa tit. 7. ar. 2. ubi amplectitur sententiam Cuiacij, & hodie communem apud Legistas.

Autem in hac sententia etiam apparet æquitas, & aliquomodo intelligatur, quomodo obserueretur partis inter Venditorem & Empotrem, dicendum est, paritatem in hoc consistere, quod sicut Venditor tunc dicitur lesius ultra dimidium, quando non accipit dimidium illius quod dedit, ita Empotem lati ultra dimidium, quando non accipit dimidium illius quod dedit. Ergo si dedit 100, non erit lesius ultra dimidium, si accipiat mercem qua valet quinquaginta. Et hac ratione censio han sententiam ab aquitate nihil alienum esse, quia nec non faciat paritatem materialem inter Empotem & Venditorem, ut facit opposita sententia, magis tamen attendit paritatem formalem. Cum ergo beneficium legis principaliiter sit introductum, negando actionem lesio intra dimidium, ne lites multiplicentur ex quavis lesionē contrahentium, & ad eorum cauetam, & ut facetur Layman, hac ratio militet pro Cuiaci & communis iurisstrum opinione, merito hoc in praxi obserbari, legisque intentioni conformior videatur, & confirmabitur.

244. QUÆRITUR 3. An hoc Beneficium spectet solū ad res immobiles, vel etiam ad mobiles. Cuiacius distinguunt res immobiles pretiosas, & viles, & ad pretiosas spectare concedit, non item ad viles. Communis & vera sententia vule etiam ad viles spectare: quod intelligendum utique est, dummodo lesio tam quantitatē artungar, ut in iudicium deducatur. Ratio autem responsio est, quia in omnibus rebus etiam vilibus, militat ratio æquitatis, ut enorimenter lesio succurratur, & quia Cuiaci fundatum est, plus quam elumbe.

Objicit Cuiacius, legem 2. in qua illud beneficium continetur, solū loqui de rebus immobilibus. & Cetero Cuiacius illud extendit ad res mobiles pretiosas: inquit cur non restringit ad solum fundum? nam de solo fundo ibi sermo est. Igitur ratio legis inspicenda est,

est, non materia, quæ rescripto causam dedit, & proinde exempli causa illius solus mentio facta est. Et bene advertendum est, quod rescriptum Imp. à principio usum terminis generalibus, [Rem majoris pretij si tu venidisti;] unde quod postea fiat mentio fundi, non restringit illam generalitatem: cuius plura supponunt in iure exempla, v. g. in lege 1. ff. de Euseb. generaliter dicitur, five tota res evincatur, five eius pars, dari Empotri regressum adversus venditorem: deinde inde argumētum subiicitur: & tamen apud omnes conflat, rem mobilem non excludi.

245. QUÆRITUR 4. Utrum Beneficium dicta legis 2. etiam in alijs contractibus locum habeat. Negat Cuiacius, Ant. Faber, quibus adhuc Hennius Var. refol. I. 3. tr. 7. q. 12. Communis tamen sententia affirmat, & quidem sine discrimine tam de Contractibus stricti juris quam bona fidei, dummodo similem causam continent, nempe si quis duplo plus det quam accipiat. Ratio est, quia licet lex loquatur de venditione, non est tamen excogitabilis illa ratio, cui ultra dimidium lesius in venditione meretur beneficium rescriptum, & non lesius v. g. in Locatione & Conductione.

Et quidem loquendo magis in specie, imprimis in Locatione & Conductione vix apparatio dubitandi. Nam Locatio & Conducentia iisdem juris regulis, quibus Empot & Venditor, continentur. ut habetur Infl. 1. de Locat. Conduc. Hinc autem postea confirmari sententia Cuiaci paulo ante explicata. Nam quando permittatur v. gr. equus cum bove, ita ut dans equum laederetur ultra dimidium, in sententia Cuiaci tunc dicitur lesius ultra dimidium, si equus plus quam duplo excedat valorem bovis, ita dans equum compareat cum venditore, five cum empote. At verò in altera sententia non potest servari hac paritas: si enim dans equum compareat cum venditore, & equus valeat 100. bos verò 49. erit lesius ultra dimidium, si verò compareat cum empote, non requiretur ut equus valeat 100. sed adhuc esset lesius ultra dimidium, si equus tantum valeret 75. Cum ergo in tali contractu non sit majoratio comparandi cum venditore potius quam cum empote, manifestum est, quod computatio Cuiaciana magis observet paritatem, quam sententia operata.

Major est difficultas, utrum etiam Emphyteute, vel domino ultra dimidium lesis in ipso contractu succurratur ex d. lege 2. Aliqui simpliciter affirmit, alii simpliciter negant. Fabichenus in affirmativam sententiam est proclivior, ut illi succurratur habita ratione ultimationis iuriis Emphyteutici, compareat ad rei in emphyteusim traditam, & consideratis omnibus circumstantiis, sterilitatis, &c. Est enim paratio æquitatis.

Propterea (quamvis ad argumentum solutionem hoc non sit addere necesse) Hennius in suo argumento supponit aliquid minus verū, nempe, quod beneficium legis 2. antiquo iure fuerit in cognitum, adeoque beneficium penitus nōrum, prout tum in diipp. in Treut. tum in refol. var.

var. l. c. q. 10. defendit. Sed communis DD. Schola, teste Harpprech. §. ult. n. 91. tenet, beneficium illud jam olim receptum esse, sed postmodum d. l. 2. aperiū confirmatum & illustratum. Et imprimit hoc colligunt DD. ex l. 36. ff. de V. O. ubi dicitur, compete exceptionem ad rescindendam stipulationem, quando quis a litter obligatus est, quā obligari debuisset, etiam si nullus dolus intercessit stipulant, sed ipsa res in se dolum habet, dictur autem in eum dolum habere, quando alter laesus est. Clariū videat hoc colligi ex lege 14. ff. de contrah. empl. ubi dicitur. Res bona fide vendita, propter minimam causam inempta fieri non debet. Ergo propter causam non minimam poterat jam tunc res inempta fieri. Item ex lege 38. in f. ff. Jam hercunda. ubi respondeatur, foro actionem non dari adversis fratrei, si NB. is ultra partem dimidium non accepit. Ergo si ultra dimidium accepisset, actio foro non fuisset negata. Plura videri possunt apud cit. Harpprech, quibus non immotus, quia ad meū propinquum non sunt scitu necessaria. Ego non credo, quod Imp. in gratiam Lupi consilientis statim novam Constitutionem ediderint, (quia formam talem illa lex non habet), sed quod juxta Instancię receptum & in praxi observatum testificerint.

Obijici Hunnius 2. Constitutio legis 2. ad eos pertinet contractus, in quibus permisum erat prius se circumvenire, dum terminos circumventioni præfinit, ut dimidium iusti pretii non excedat. Atque in nullo alio contractu præterquam in Empione & Locatione circumventione erat legibus permisum. Quod replices contra Hunniū: ergo fatem in locatione procedet illa constitutio: respondet, idem non procedere, quia lex de sola Empione loquitur. Vides quid tandem Hunnius argumentum multipliciter, dicit gratianam se secundum argumentum totum refolviunt in primū, & video sufficiens responsum est, negando majorēm propositionem: si enim lex non vult dissimilare lēsionem enormem in Emptione & Locatione, in quibus dissimilat lēsionem infra dimidium, multò minus dissimilaret in illis contractibus, in quibus ne minorem quidem lēsionem dissimilat.

247. QUÆRITUR 5. Utrum Beneficium d. legis 2. habeat locum in lēsione ultra dimidium commissa absque dolo in transactione: quæ est controversia agitissima. Scendum autem est, posse hanc lēsionem dupli respectu fieri. Imprimis in mala estimatione rei super qua transfigitur, v. g. transfigitur super hereditate, quam partes per errorem estimant 100. fl. cum vix valeat 30. solvit ergo unus, qui illam vult retinere v. g. 90. propter dubium eventum lēsis. Et sic, si postea deprehendatur valere tantum 30. est utique plus quā ultra dimidium lēsus. Vel fingamus econtra hereditatem valere

100. & à transfigentibus estimari solidū 30. & eum qui tam vult retinere, solvere alteri, v. g. 25. postea repetitis instrumentis deprehendunt valere 100. utique alter qui hereditatem transfigendo vendidit pro 25. est graviter lēsus.

Secundū, potest lēsio contingere in estimatione dubii eventū, & lēsis, non in estimatione rei, v. g. transfigentes, estimant spem Petri de obtinenda victoria 10. cū tamen alii homines tem melius intelligentes, estimarent illam spem 50. unde Petrus accipiendo 20. & transfigendo ut à līte desistat, erit lēsio ultra dimidium. Queritur, an in his casib⁹ gaudeat lēsus beneficio legis 2. C. de Rescind. vend. His duob⁹ modis superaddit aliū tertium (sū bene intelligi, nam decies relectum nescio, an hī afflatus) Atrodus Rath. th. 14. nempe si lēsio estimationem rei petita ultra duplum excesserit, arque reus conuentus pro fundo ab actore vindicato, & centum v. g. valente, ut eius ubi retinere licet, ultra ducentū per transactionem persolvere. De hoc cauſu non est disputandum, quia, ut hic ipse Auctor agnoscit, est de raro & forte nunquam contingentibus, neque enim facta quis reperitur, qui transactionis causā duplo plus date velit, quām ab ipso petatur: si tamen cauſus continget, estet locus beneficio legis 2. Hoc ergo cauſa prætermisso, &

Loquendo de primo modo lēsionis in estimatione rei, multi affirmant eis locum illi beneficio, quos longo catalogo recenset Harpprech, & ante eum Facheinus c. 26. adducens Rorari Romanam primā partē dec̄l. 102. n. 2. Veturum, ex DD. alatis fortè aliqui non loquuntur de primo, sed de secundo modo lēsionis, nec se fatis explicant. Negarāt illō longe communior, praetextum inter RR. ob legem Lucius 78. §. fin. ff. ad SC. Trebell. [Heres eius, qui post mortem suam rogatus erat universam hereditatem restituere, minimam quantitatē, quam solam in bonis suis dicebat, his quibus fideicommissum debebar, restituit: postea repertis instrumentis, apparuit quadrupliciter amplius in hereditate suis: quantum est, an in reliquo fideicommissi nomine conveniri possit? Respondit, secundūm ea quæ proponentur, si non transactum esset, posse.] Ergo si transactum esset,

stima-

estimatione dubia lēsis, quæ in talibus circumstantiis propriūm valere quād spem consequendi plus quād quod hæres indicaverat. Sed nos loquimur de deceptiōne in estimatione hereditatis, ut enim in hac sit lēsio in transactione, nihil impedit, quod facili succubuisse in judicio, si plu petivisset. Erit nunc inventio hanc responsionem Facheini etiam rejectam ab Hunniū parte 1. cit. q. 13. dum negat, & recte, hanc consequientiam Facheini. Tempore transactionis non potuit probari lēsio: ergo lēsio non contingit, pessima consequentia.

Probatur 2. ex lege 15. §. 3. ff. de re iūdicio.

[Si pignora, quæ capta sunt, emptorem non inveneriant, restringunt est, ut addicantur ipsi, cui quis condemnatus est: addicantur autem utique eā quantitate, quæ debetur: nam si creditor maiuerit pignora in creditum possidere, iūsque esse contentus, rescriptum est, non posse eum, quod amplius sibi debetur, petere: quia NB. velut pāto transfigere de credito videtur, qui contentus fuit pignora possidere.] Quia lex indistincte, & illimitata loquitur, quantusque fuerit excessus debiti. Respondet Facheinus, Creditorem in hac specie sibi damnum intulisse, quoniam contentus fuit pro credito pignora possidere. Verum, non aliter pī sibi damnum intulit (utique per errorem, quia vel ignoravit quantitatem debiti, vel pignorum valorem) quām quo modo sibi venditor damnum infert, vendendo infra dimidium iusti pretii, & tamen hīc datur beneficium legis 2. ergo quando negatur transfigē, non ideo negatur, quia sibi damnum intulit, sed propter specialem vim transactionis.

Probatur 3. ex lege 65. §. 1. ff. de conduct. in deb. Et quidem quod transactionis nomine datur, licet res nullam media fuerit, non reperitur. Respondet Facheinus, per hæc verba non negari, quod ipsa transactione impugnari posset: sed solidū, quod solutum repeti non posse. Sed contra est, quia impugnatio transactionis est utique eiēm repetitio: ergo dum absolue & indefinite negatur repeti posse, negatur etiam, transactionem impugnari posse.

Probatur 4. ex lege 19. C. de Transactionibus. Sub praetexto instrumenti post repertis transactionem bona fide finitam rescinditur non patiuntur. Quæ verba repertoris lege 29. cod. Respondet Facheinus, si ad hæc respondere, sicut ad 1. probatōrem ex lege Lucius. Verum quia ibi responsio data est insufficiens, ut ostendim, etiam ad has leges insufficiens erit; & ei refutat lex 16. eod. [Causas vel literes transactionibus legitimis finitas imperiali rescripto resuscitati non opereret.]

Probatur 5. Iuramentum de Transactione ad foppendam literam easdem vires habent, unde Iusjurandum dicunt species transactionis. l. 2. ff. de Iurejur. Iusjurandum species transactionis continet, acquisitis per Iusjurandum finita, retrahit.

Christ. Hann. de Just. Tom. IV.

Casi nequit ratione cuiuscunq; lēsionis. l. 5. §. 2. & l. 9. §. 1. ff. eod. ibi. [Dato jurejurando non aliud quantitur, quām an juratum sit: remissa quæstione an debetur, quāsi satia probatum sit jurejurando.] Respondet Facheinus, hoc Specialitez in jurejurando statutum esse. Verum idem de Transactione dicendum esse, colligitur ex eo, quod l. 2. dicat speciem Transactionis continet, unde hoc inferre de iuramento, ut locum habere videatur illud Philosophorum.

Propter quod unum quodque tale, illud magis tale. Atqui iuramentum facit item irretractabilem propterea, quia continet speciem transactionis. Ergo mullo magis transactionis.

Probatur 6. Sicuti sententia, quando transit in rem judicatam, non rescindunt ob quamcumque lēsionem, ita nec transactione, nam transactione cum re judicata comparatur, nam lega 2. ff. de Iurejurando, dum subditus: maioresque habet autoritatem quamvis judicata. Sed clarissimus habet lego 20. C. de Transactione. [Non minorem auctoritatem transactionum, quam rerum iudicatarum esse, recta ratione placuit: si quidem nihil ita fidei congruit humanæ, quam ea quæ pluerent custodiri.] Quod autem sententia, que transit in rem judicatam non rescindatur, habetur l. 2. C. de re iūdicio. & toto tit. C. Sententia rescindit non posse, ut suo loco diceret. Ad hoc argumentum non inventio aliquid respondit a Facheino. Nunc objections videamus.

